

**S**IGIsmundus A Vgustus dei gra Rex Polonie Magnus Dux Lituanie, Rusie, Prussie, Masonie. &c. Dominus et heres.

**S**ignificamus presentibus literis quorum interest Vniuersis quod cum Genero nobis Joannes Boner de Balicze Castellanus Chelmen, Magnus procurator Arcis nostre Cracouien et Capitaneus Rabstinen, famatos Proconsulem et Consules Ciuitatis nostre Ilkussien, cittatione vrati in presentiam nostram citasset. proposuissetqz contra eos quod cum in Ciuitate Ilkussien foralia exigere prohiberent, quos antea semper ad Arcem Rabstinen exigebantur. Exaduerso vero plures et mandatarij Ciuitatis prefate Ilkussien comparentes allegauerunt, ad se Ciuitatemqz Ilkussien fora eiusmodi vigore Priuilegij Aduocatialis pertinere, idqz se Priuilegio Serenissimi olim Vladislai Magni patris nostri comprobare velle offerebant, quod coram nobis produxerunt, ex quo non amplius liquere potuit, quam quod foralia Carnium ad Ciuitatem Ilkussien pertinerent. Sed cum procurator Generosi Joannis Boner negaret eos in possessione et usu eorum foralium existerendos fuisse. Ipsi vero fuisse se contenderent. Nos ex sententia Consiliariorum nostrorum decerni duximus decernimusqz presentibus literis foralia omnia, foralibus Carnium exceptis in Ciuitate Ilkussien ad Arcem Rabstinen pertinere, eaqz Generosum Boner Joannem, Castellanum Chelmen et Capitaneum Rabstinen tanqz Tenutarium Arcis predictae exigere debere. Quod autem forale carnium attinet, debent Proconsul cum Consulibus Ilkussien insiurandum prestare, quod in perceptione pacifica eorundem foralium fuerunt, ad eamqz diem sunt, quo prestito, libere ea foralia pro Ciuitate Ilkussien exiget quod quidqz insiurandum in die alteriori sex septimanarum prestare debebunt, hac nostra sententia median. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appressum. Datum in Cracouia Sablato post festum Sancti Stanislai in Maio proximo Anno Domini. Millesimo Quingentesimo Quingagesimo Secundo.

Decret. p. 10  
Castell. Balicze  
Ilkussien  
Lus. de for.  
lib

Regni vero nostri Vigesimo tertio.  
Joannes Przerembiski R. P. Vicecancell. Scat.  
R. P. Venerabilis Joannis Przerembiski R. P. Vicecancell. Cracc. p. pti.

Debetur in ius Libertatis et Privilegii oboviamen. eo parte omnia edomoguardia p[er]fecta

**SIGILLUM** Augustus Dei gr[ati]a Rex Poloniae magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiaeque etc. dominus et Sares.

Significamus presentibus literis nostris quorum interest et Universis remissam esse ad nos ab Officio Castri nostri Osnyecimen causam inter Generosum Matiam Liubonski Notarium Terrestrem Osnyecimen et Antonem Actorem, Proconsulem Consules totamque Communitatem Civitatis nostrae Osnyecimen, Civitatis, occasione lrae Privilegii nostri libertatis et immunitatis a iurisdictione et ab omnibus oneribus Civitati Osnyecimen pendens super domum lapideam acialem et domum ligneam ei contiguam in Civitate Osnyecimen consistens, et alia bona ad eandem domum lapideam pertinentia, Concessorum, hucusque continuato, Generoso Matiam Liubonski presente, Proconsule vero Consulibus et Civibus Osnyecimen per plebipotentibus suos famulos Nicolaum Lipowski, Adamum Burza, Consules, et Adamum Krol Notarium Castri Osnyecimen Concines suos coram nobis Iudicioque nostro legitimo comparere terminis attentum quibus Generosus Matiam Liubonski productis literis Privilegii commemorati nostri deducebat domum lapideam prerominatam cum domo lignea ei contigua ac omnibus bonis ad eam pertinentibus a iurisdictione et obedientia tam Capitanei nostri quam Civili Osnyecimen, ac solvendi omnium onerum, Censuum, Contributionum, datiarum, et aliarum exactio-num nostrarum et Civilium perpetuis temporibus exempta et liberata atque iurisdictioni terrestri iuris Polonici incorporatam esse, ex eoque ratione petebat se iuxta prescriptum tenore Privilegii eiusdem a nobis conferuari. Ad ea plures Osnyecimen productis literis domini Asimiri Regis antecessoris nostri, allegabant, literas Privilegii nostri non posse derogare iuribus, et privilegiis prioribus Civitatis Osnyecimen concessis non solumque iurisdictionis officij Consularis et Iudicij Civitatis Osnyecimen in omnes eius Civitatis incoltas sed etiam in aliis incoltas oppidorum Capitaneatibus illius referri, neque Generosum Matiam Liubonski vigore Constitutionum publicarum Regni in Conventione Petricovien Anno 1. 5. 50. datiarum, tum a iurisdictione Civili quam ab omnibus oneribus Civilibus ratione domus lapideae et domus ei contiguae ac aliorum bonorum ad eandem domos pertinentes iurisdictioni Civili subiectorum se excipere posse, non etiam derogatione Privilegii memorati Serenissimi Regis Asimiri super depositorium salis Civitatis Osnyecimen ac decretorum eiusdem Asimiri Regis tam etiam nostrorum ipsum Generosum Matiam Liubonski post liberum usum depositorii Osnyecimen, ea enim ratione multum

detrahatur prouentibus depository Ciuitatis illius. possessoresq; priores  
 eorum honorum immunitate et libertate Priuilegij eiusdem nunq; esse  
 proptereaq; Censur et alia onera ratione eorundem honorum Ciuitati  
 pendebant. expetentes immunitatem et libertatem Priuilegij eiusmodi  
 tanq; iuribus et decretis prioribus Ciuitatis Osnyecimen Contra:  
 riam a nobis relaxari atq; obeunda onera et iurisdictionem Ciuilem eiu:  
 eundem Generosum Matthiam Liubonski a nobis cogi. Generosus uero Ma:  
 thias Liubonski exhibitis coram nobis literis emptionis honorum eorundem  
 referebat sibi vigore literarum immunitatis et libertatis memoratis ea:  
 dem in iurisdictione Capitaneali Cracouiensi vendita et resignata esse pa:  
 riq; ratione et priores possessores honorum eorundem iurisdictione Ca:  
 pitaneali Cracouiensi Resignationes et obligationes bono:  
 rum obtinebant ob id se quod in usu et possessione priuilegij eiusdem  
 ex quo quemadmodum et alios priores possessores honorum eiusmodi  
 semper fuisse asseuerabat. Nam quidam controuersiam Consiliarij  
 nostri examinatum. quoniam de diuersitate et interpretatione iurium et  
 priuilegiorum nostrorum inter partes intercessit. ad nos et informatione  
 nostram reiecerunt. Nos uero in termino relationum nostrarum propriaru  
 hucusq; continuato. eo pensato quod concessio literarum priuilegij liber:  
 tatis et immunitatis nostrae per Generosum Matthiam Liubonski productoy  
 Priuilegiorum et decretorum Serenissimorum antecessorum ac itidem no:  
 strorum Ciuitati Osnyecimen simulq; Statuto Regni Comemorato de ro:  
 gare minime potest. quodq; easq; literas immunitatis diminutionemq;  
 uentorum nostrorum et Reipublicae esse apparet. ideo literis Priui:  
 legij pronominati nostri relaxatis. **DECERNIMUS.** Generosum Ma:  
 thiam Liubonski a iurisdictione Ciuili Osnyecimen ~~subiecto~~ rati:  
 one domus lapidea ac domus lignea ei contigua aliorumq; bono:  
 rum iurisdictioni Ciuili Osnyecimen subiectoy et ab oneribus nobis Re:  
 ig; publicis ac Ciuitati eidem prestam. excipere se non posse.  
 Verum tam iurisdictionem Ciuilem quam onera delicta ex  
 domo lapidea et domo lignea ei contigua bonisq; supran:  
 minatis ferre et exequi ascriptum esse. Ob idq; Rectorem  
 Ciuitatis in litis expensis condemnauimus. In cuius rei fidem  
 Sigillum nostrum presentibus est appositum. Datum War:  
 Bowia feria Quinta post Dominicam Ydica proxima.  
 Anno Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo.  
 Regni uero nostri Anno XII.

No Mag. Val. Deb. de Debyany R.P.  
 X Cancell.